



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Obitus. 72

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

etacula protraxisset. Neq; enim pars vlla temporis agrum interea videbat à pijs aut factis, aut dictis otiosum.

LXXII. *Obitus.*

**A**D diem quintum Idus Iulias hac Virtutum dolorumque palæstra tenuit. Ultra tendere doloribus vetitum: vt sua demum virtuti palma præmiâq; decernerentur. Nam sub horam diei nonam decimam, Antonius Maria VBALDINVS, cum Mariam prius matrem gratiæ, matrem misericordiæ, à qua contra hostem protegeretur, enixissimè implorasset; contuit: ac sublatis in cælum oculis, velut indidem aut inuitaret hospites, aut illuc inuitari, se hospitem sentiret; tranquillo serenoque vultu inter plurimum Patrum

tru  
tiur  
mè  
sti r  
fim  
B. V  
sibi  
dole  
sept  
vix  
digi  
rem

LX

**A**  
les r  
long  
qui  
ne, a  
exc  
orin

trum

VBALDINI. 149

trum iuuenúmque comprecan-  
tium lacrimas, animam lenissi-  
mè exhalauit: anno post Chri-  
sti natalem Millesimo Sexcente-  
fimo vndetrigesimo; mense, què  
B. Virginis tutela insignem, ipse  
sibi elegerat: ceterà, in flore a-  
dolescentiæ; quippe qui annum  
septimum decimum, mensibus  
vix quatuor excefferit. Sæculo  
digna indoles, nisi cælo dignio-  
rem æternitas asseruisset.

LXXIII. Mortui veneratio.

**A**B hoc eius excessu, qui ani-  
morum motus apud morta-  
les multos extiterint, vel otioso  
longum fit memorare. Fuere,  
qui vel audito Vbaldini nomi-  
ne, ad desitum pietatis feruorem  
excitari se confiterentur. Aliqui  
crinium pilos ab amisso sodali;